



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini Origines ac
Progressus, Per Italiam, Hispaniam, Galliam, Germaniam,
Belgium, aliasque orbis Christiani prouincias**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

Capvt XXIX. Schlechdorfense Monasterium, in Bauaria superiore.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11321

CAPVT XXIX.

SCHLECHDORFENSE MONASTERIUM, in Bauaria superiore.

HOc monasterium situm ad radices Alpium in superiori Bauaria, constitutum seu fundatum est cum *Beurn*, *Polling* & alijs monasterijs à Landfrido, VValdramo & Elilando, fratribus, Comitibus ab Antorf, & Loyfa, sub Vtilone, Duce Bauariæ. Deuastatur per Vngaros sub Ludouico Imperatore, circa ann. 907. Auentino teste. Reficitur per Henricum Ducem Boiorû, & Ottonem Episcopum Frisingensem fratrem eius, vnà cum *Schliers* & *Scheftlarn*, circa annum Domini 1140. teste eodem Auentino. Alibi idem in Annalibus ponit: *Schlechdorf & Polling post Vngarorum deuastationem receperunt regulam S. Augustini. Nam ab initio erant ordinis S. Benedicti.* Tenues sunt hoc tempore huius monasterij census ac reditus, vt vix tres aut quatuor Canonicos alere possit. Dicitur ibi requiescere corpus *S. Tertulini* Martyr. viri industrii ac nobilis Romani, sub summo altari.

CAPVT XXX.

ABBATIA S. MAGLORII IN SUBURBANO Parisiensi.

Temporibus Lotharij Gallie Regis, cum Normanni Britanniam Aremoricam, vicinasque prouincias vastarēt, *Saluator* Althen-